

ter ex corripienis asperitate pertimescat. Et quavis ille loquatur de correptione quea praelatis competit, tamen etiam in correptione quea ab aliis fit, hoc est observandum; quamvis fraterna correptionem semper magis debeat ad lenitatem accedere; quia non ex auctoritate officii, sed ex caritatis affectu exhibetur.

Et per hoc patet solutio ad objecta.

Expositio textus.

Moyses et Aaron sacerdos. Moyses sacerdos dicitur non officio oblationes offerendi, sed quia saera primitus populo dedit immediate a Deo accepta, Psal 98, 6: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius.*

Cum esset pontifex anni illius, prophetavit. Scindunt, quod in verbo Caiphas fuerunt quatuor. Primo inspiratio immissa, per quam utilitas passionis Christi cordi eius inspirata fuit a Spiritu sancto; secundo intellectus quem ipse ex illa inspiratione concepit; tertio intentio exprimenti intellectum suum, et ad effectum perducendi; quartu verba ipsa prolati. Primum quidem fuit quedam participatio propheticæ; secundum fuit falsus intellectus a seipso; tertium fuit iniqua intentio: quantum fuit vera locutio, quamvis non secundum intellectum ejus; et ideo primum fuit a Spiritu sancto, non autem secundum, neque tertium; sed quartum aliquatenus fuit a Spiritu sancto regulante verba illius ut consonant inspirationi ab eo factae.

Nullus officio sacerdotis uti debet nisi immunis sit ab illis quae in aliis judiciali. Hoc intelligendum est de mortalibus: quia sacerdos potest sine peccato de illis veniamibus absolvere in quibus ipse

est: quia per ea non redditur executione officii indigens.

Ideo liberavit peccatorem, quia non erat qui justo projector lapidem; id est, ex hoc occasionem liberationis ejus sumpsit.

Diligens ergo investigator sapienter interrogat a peccatore quod forsitan ignorat, vel cerecunda vel occulta. Sed contra, defecerunt scrutantes seruini, qui scrutati sunt iniquitates, ut dicitur in Psal. 65. Ergo videtur quod sacerdos non debeat perscrutari conscientiam subditorum.

Et dicendum, quod sacerdos debet perscrutari conscientiam peccatoris in confessione quasi medicus vulnus, et iudex causam: quia frequenter quae præconfusione confitentia taceret, interrogatio revelat. Sed tamen in interrogationibus facieundis tria sunt attendenda. Primo ut quilibet peccator interrogetur de peccatis quae conserverunt in hominibus illius conditionis abundare. Non enim oportet quod a militi queratur de peccato clericorum aut religiosorum, aut a converso. Secundo ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis quae omnibus manifesta sunt; de aliis autem adiumentibus peccatorum ita debet a longinquio fieri interrogatio, ut si commisit, dicat; et si non commisit, non addeat. Tertio ut de peccatis præcipue carnalibus non descendat nimis ad particulares circumstantias: quia hujusmodi delectabilia quanto magis in speciali considerantur, magis concupiscentiam nata sunt movere, ut dicitur in 3 Edie. (cap. ult.); et ideo potest contingere ut confessio talia querentes et sibi et confidenti noceat; et sic quandoque deficient in sua seruitio iniquitates scrutantes.

Maledicam benedictionibus restris, quae scilicet ita sunt vestrae quod non Dei.

DISTINCTIO XX.

De his qui in fine poenitent.

Scindunt etiam, quod tempus poenitentiae est usque in extremum articulum vitæ. Unde Leo Papa (epist. 92, cap. 3, et refut. in Deer. dist. 6, cap.): *Nemo est de sperandis dum in hoc corpore constitutus est: quia non nunquam quod diligenter aetatis (1) differt, consilio maturo perficit.* (2) Augustinus tamē de poenitentiam differentibus ita scribit (lib. 1, homiliarum, hom. 41): *Si quis positus in ultima necessitate, voluerit accepere poenitentiam, et accepit, et mox reconciliatur, et hinc vadi; fateor vobis, non illi negamus quod petet, sed non praesumimus quia hene hinc exit. Si secundum hinc exercit, ego nescio. Poenitentiam dare possumus, securitatem vero non. Nunquid dico, Damocabatur? Sed nec dico, Liberabitur. Vis ergo a dubio liberat? Age poenitentiam dum sanus es. Si sic agis, dieo tibi quia sacerdos es: quia poenitentiam egisti et tempore quo peccare potuisti. Si vis agere poenitentiam quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.* (3) Item (ib. paulo infra): *Due res sunt. Aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi sit futurum, nescio. Ergo tene certum, et dimite incertum.* (4) Sed quare hoc dixit Augustinus? cum poenitentia quea in fine agitur, in Psalmo (140) appelleatur sacrificium vespernum, quod erat acceptabilis in lege: et in quacumque die invocatur, Deus ait; et quacumque hora ingemuerit, et conversus fuerit peccator, vita vivet, et non morietur (Ezech. 18, 2). Sed illa dixit Augustinus propter illas qui poenitentiam quea in fine vita prostrabant, et tunc non ex Dei amore videntur poenire, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Unde ideo (alias Auctor, de vera et falsa Poenit., cap. 17),

(1) In edit. Nicolai deest diligenter aetatis.

quasi aperiens, quare superiora dixerit, ait: *Nullus expecta quando peccare non potest. Arbitriri enim libertatem quae-rit Deus, ut deleri possint commissa, non necessitatim, sed caritatem, non tantum timorem (1); quia non in solo timore vivit homo. Quem ergo sero poenit, oportet non solum timere iudicium, sed diligere: quia sine caritate nemo salvus esse potest.* Non ergo tantum timet poenam qui poenit, sed auxiliari pro gloria (2). Quae conversio si contigerit alieum etiam in fine, desperandum non est de eis remissione. Sed quoniam vix, vel raro est tam justa (3) conversio, timendum est de poenitentia sero, maxime cum filii, quos illicite dilexit, sunt praesentes, uxori, et mundus ad se volet. Multos solet serotina poenitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potest, semper etiam in morte juvare valet quos (4) placet. Cum ergo opus sit non ho-minis, sed Dei, fructuera poenitentia; inspirare eam potest et tempore quo peccare potuisti. Si vis agere poenitentiam quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

(5) *Nicola:* Qui prins itaque a peccatis relinquitur quam ipse relinquat, ea non libere, sed quasi ex necessitate condemnat; et qui cum potuerunt, nunquam converti voluerunt, confitentes cum iam peccare nequeunt, non acquirunt quod volunt; scriptum est enim sine caritate neminem salvum esse. Quærer igitur Deum caritatem, et non tantum timorem etc.

(2) *Item.* Non timeatur pro poena, sed ametur pro gloria.

Convertisco qui vult omnino dimittere peccatum, et qui non tantum poenas tinet, sed bonum Domini contendere festinat. Quae conversio etc.

(3) *Item (seu tam subita).*

(4) *At. quibus.*

DISTINCTIO XX.

poenitentiae remedium. Sed magnum est cui Deus tunc inspirat, si quis est, verum poenitentiam. (Et cap. 18): *Sed si etiam sic conversus, vita vivat, et non morietur; non tamen primitus quod evadat omnem poenam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud saeculum distulit fructum conversionis. Hic autem ignis, etsi aeterius non sit, miro modo gravis est; excellit enim omnem poenam quam unquam passus sit aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inventa est poena, licet martyres. Nunquam passi sunt tormenta, et multi nequerunt iniqua saepe sustinuerunt supplicia.* (5) *Eis his sat ostenditur quam periculoso sit differre poenitentiam usque in finem vitae. Si tamen etiam tua vera habeatur poenitentia, hominem liberat, et vitam mortuam impetrat, non sic tamen ut nullam sentiat poenam; nisi forte tanta sit vehementia genitus et contritionis, quae sufficiat ad delicti punitionem. Licit ergo sit difficile ut tunc sit vera poenitentia, quae tam sera venit, quando crucifixus est membrum ligat, et dolor sensum opprimit, ut vix homo aliquip cogitare vadeat, melior est tamen sera quam nulla. Poenitentia enim si in extremo vitæ hiatus adiuvat, sanat et liberat. Multum sera fuit latronis poenitentia, sed non fuit sera indulgentia. Sed licet latro veniam meruisse in fine de omni crimen, non tamen dedit peccandi et perseverandi auctoritatem.*

De his qui poenitentiam non complent.

Si vero queritur de illis qui in hac vita poenitentiam non complent, utrum transiit per ignem purgationis, ut ibi quasi compleant quod hic minus fecerunt; item dicimus et de istis esse sentiendum, et de his qui in extensis poenitentia. Si enim tanta fuerit cordis contrito, et delicti expiatione, ut sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab aliis poenam transiit ad vitam, etsi inexplicata fuerit poenitentia quia perfecte penitentierunt, et ingeneruntur corde. Qui vero non adeo conteruntur corde, et ingeneruntur pro peccato, si super eum poenitentia decesserint, ignem purgatorium sentient, et gravius punientur quam si hie impensis poenitentiam. Horrendum est enim incidere in manus Dei viventis. (Heb. 10, 31). Deus enim, em si miseris et justus, ex misericordia poenitentis ignorat, non reservans peccatum ad poenam aeternam; ex justitia vero impunitum non dimittit delictum. Aut enim panit homo, aut Deus. Homo autem putat impoenitendo, Deus autem panit exigendo. Et est poenitentia interior, et exterior. Si ergo interior poenitentio fuerit tanta ut sit sufficiens ut post mortem peccatum, Deus qui novit, ab illo qui taliter poenitent, alterius poenam non exigit. Si vero interior poenitentio non sufficiat in vindictam peccati, nec exterior poenitentia impletur; Deus qui modus et mensuras peccatorum et poenarum novit, addit poenam sufficientem. Studet ergo quis sic delicta corrigit ut post mortem non oporteat poenam tolerare. Quedam enim peccata mortalia in poenitentia fiunt veniam, non tamen mox sanantur. Saepe enim infirmus moreretur, si non medicaretur; non tam statim medicatus sanatur. Langut victus, qui prius erat moriturus. Qui autem impoenitentem moritur, omnino moritur, et eternalem cruciatur. Si enim semper vivet, semper peccaret (Ex predicto lib. de vera et falsa Poen., cap. 18, et in Decret. ubi probat).

(6) *Notitiam per verba (1) vel alia quaeconque signa procedit cum sit coram illo cui dicitur (Psal. 57, 10): Genitio tuis mens a te non est absconditus; recte constitutum ab his qui Ecclesiæ præsunt, tempora poenitentiae, ut satisfactio etiam Ecclesiæ, in qua peccata ipsa remittuntur: extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim Spiritus sanctum pignus accepit, sine qua non remittuntur ulla peccata. Hieronymus (2) (ut referat dist. I de Poenit.): « Mensuram temporis in agenda poenitentia ideo non aperte satis praeficit canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant qualiter unumquidem emendandum sit; sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt; quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris; nec abstinentia tantum dolorum, quantum mortificatio vitiorum. Ideo tempora poenitentiae pro fide et conversatione fideliem poenitentiam abbrevianda præcipiunt, et pro negligenti pretolanda; pro quibusdam tamen culpis modo poenitentia sunt impositi.»*

Quod morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innovescenda.

Sicut etiam queri, utrum satisfactionis lex morituris si imponenda. De quo Theodorus Cantuaricensis Episcopus in poenitentiali suo sic ait: « Ab infirmis in periculo mortis positis (3) pura inquirenda est confessio peccatorum; non tamen men est illi imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda; et cum amicorum orationibus et elemosynarum largitionibus pondus poenitentiae sublevandum, si forte migraverint (4). Si vero convulerint, poenitentie modum a sacerdote impositum diligenter observant. Aliis vero pro qualitate peccati poenitentia decerpenda est praesidentium arbitrio.» Unde Leo Papa (5): « Tempora poenitentia habita moderatione constituta sunt tuo iudicio, prout convenienter animis perspecteris esse deo. Pariter etiam habere debet actus sensilis intuitum, et respicere perueniendum quorumcumque vel aegritudinum necessitates » (6).

In necessitate non est neganda poenitentia vel reconciliatio.

Scindunt etiam, quod tempore necessitatis non est neganda poenitentia vel reconciliatio poenitentibus. Unde Leo Papa (7): « His qui tempore necessitatis et periculi urgentis instanter praesidentia poenitentiae et munus reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda; quia misericordia Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. Quod si ita aliqua aegritudine aggravata sunt ut quod paulo ante posecant, sub praesentia sacerdotis significare (8) non valeant, testimonio eis fidelium circumstans protulisse debebunt, ut simul (9) poenitentiae et reconciliationis consequentur beneficia.» Item Julius Papa (10): « Si presbyter poenitentiam abnegaverit morientibus, reus erit animarum: quia Dominus ait (Ezech. 25, 27): « Cum conversus fuerit, tunc salvis erit. Vera enim confessio et ultimo tempore potest esse: quia non modo temporis, sed etiam cordis Deus inspectus est, siue latro probat.»

Quod presbyter non reconciliet inconsulto Episcopo nisi in necessitate.

Non debet tamen presbyter poenitentem reconciliare inconsulto Episcopo, nisi ultima necessitas cogat. Unde in Carthaginensi Concilio (11): « Presbyter inconsulto Episcopo non

(1) *Ali. nisi per verba.*

(2) *Quod subjungit ex Hieronymo, et cap. Mensuram sie notatur, nec apud illum ulli extat, et ex antiquo poenitentiale sumptum potius esse, appendix quoque ibi addit (Ex edit. P. Nicolai).*

(3) *Nicola:* ne obligati (vel obnoxii) poenitentia et consilto venias fiant alieni. Si vero divinitus a periculo illo eripi convaluerint etc.

(4) *Epist. 79, cap. 6 (Ex edit. P. Nicolai).*

(5) *P. Nicolai:* ne obligati (vel obnoxii) poenitentia et consilto venias fiant alieni. Si vero divinitus a periculo illo eripi convaluerint etc.

(6) *P. Nicolai:* ne obligati (vel obnoxii) poenitentia et consilto venias fiant alieni. Si vero divinitus a periculo illo eripi convaluerint etc.

(7) *Epist. 81, plenus quam hic et in Decreti textu causa 26, quest. 8, cap. His qui, ut et prior Appendix ex cap. Tempora (Ex edit. P. Nicolai).*

(8) *Ali. sub praesente significare.*

(9) *Ali. simile.*

(10) *Referunt in Decretis causa jam indicata cap. Si presbyter (Ex edit. P. Nicolai).*

(11) *Nempe tertio cap. 32 (Ex edit. P. Nicolai).*

reconciliat poenitentem, nisi absente Episcopo, si ultima necessitas cogat. Cuiuscumque (1) poenitentis publicum crimen est, quod universum commoverit urbem, ante abs dem, seilicet introitum Ecclesiae, manus ei imponantur. Item Aurelius Episcopus dixit (2): Si quis in periculo constitutus fuerit, et se conciliarij (5) divinis altaris petierit, si Episcopus absens fuerit, debet presbyter consilere Episcopum, et sic peritam ejus praeccepto reconciliare. Inconsulto vero Episcopo non potest excommunicatos vel publice poenitentes presbyter reconciliare. Unde in Carthaginensi Concilio (cap. 5), statutum est ut christia vel reconciliatio poenitentium el puellarum consecratio a presbyteris non fiat. Item (ibid.): Reconciliare quemquam in publica Missa presbytero non licet; puellarum tamen consecratio consulto Episcopo per presbyterum fieri valeat. Unde in Cartha-

(1) *Nicolaie addit. autem.*(2) *Nicolaie in Concilio Carthaginensi 2, cap. 4.*(3) *Idem reconciliari.*

ginensi Concilio (cap. 56): Presbyter inconsulto Episcopo virgines non consecret; chrisma vero nunquam confiat. (1) Praeceps Episcopi potest presbyter consecrare virgines, sive et reconciliare poenitentes.

An oblatio ejus sit recipienda qui currunt ad poenitentiam praevenient morte.

Si autem queritur de illo qui ad poenitentiam festinans, sacerdotem invenire non potuit, et ita decessit, utrum oblatio ejus sit recipienda, dicimus, quia est. Unde in Epaenensi (2) Concilio: Si aliquis fuerit mortuus, qui non confessus sit, et testimonium habet honum, et non poterat venire ad sacerdotem, sed praeoccupavit eum mors in domo, vel in via; faciant pro eo parentes ejus oblationem ad altare, et dent redemptions pro captivis. (3)

(1) *Idem addit ergo.*
(2) *At. in Apanensi.*

Divisio textus.

Postquam determinavit Magister de poenitentiis, et de potestate ministrorum quibus competit dispensatio hujus sacramenti, hic determinat quadam quae poenitentiam consequuntur; et dividitur in partes duas: in prima determinat tempus poenitentiae; in secunda determinat quaedam quae ad defecuum poenitentiarum pertinent, 22 dist., ibi: Cumque multis auctoritatibus supra sit assertum, in veritate cordis contritione peccata dimitti... queritur etc. Prima in duas: in prima ostendit tempus poenitentiae usque ad finem vitæ esse; in secunda movet quasdam questiones quae ex praedictis ortum habent, 21 dist., ibi: Solet etiam quaeri etc. Prima in duas: in prima ostendit quod tempus poenitentiae durat usque ad finem vitæ; in secunda ostendit qualiter sit agendum cum illis qui in fine poenitentis, ibi: Solet etiam quaeri, utrum satisfactionis lex morituris sit imponenda. Prima in duas: in prima ostendit quomodo hi qui in fine vita poenitent, consequuntur remissionem peccatorum, quamvis adhuc sint debitores poenae temporalis, quam in purgatorio post mortem sustinebunt; in secunda ostendit quod eadem poena debetur eis qui qualitercumque in hac vita condignam satisfactionem non implent, ibi: Si vero queritur de illis qui in hac vita poenitentia non complent etc. Circa primaria tria facit: primo ostendit quod usque ad finem vitæ manet poenitentiae locus; secundo objicit in contrarium, ibi: Augustinus iamen de poenitentiam differentibus ita scribit; tertio solvit, ibi: Sed quare hoc dixit Augustinus? Ubi ex verbis Augustini ostendit quare non sit poenitentia differenda usque ad finem vitæ, propter duo: primo propter poenitentiam difficultatem; secundo propter poenam purgatoriū quae restat, ibi: Sed si etiam sic conversus (1) vita vivat, et non moriatur; non promittimus quod evadat omnem poenam.

Si vero queritur de illis qui in hac vita poenitentiam non complent... idem dicimus de istis esse sentiendum et de his qui in extremis poenitent. Hie ostendit quod poena purgatoriū restat post hanc vitam eis qui hi condignam satisfactionem non agunt; et circa hoc duo facit: primo ostendit hoc

(1) *Ali. sed et si conversus peccaverit etc.*

3. Praeterea, contrito, quae est pars poenitentiae, habet annexum propositum confitendi et satisfaciendi. Sed hoc propositum habere non potest qui in fine poenitent; quia nullus proponit quod scit sibi impossibile. Ergo non potest conteri; et ita non consequitur veniam.

Sed contra est, quia latro in fine vitæ sue poenitentes misericordiam inventit, audiens, Luc. 25, 45: *Hodie mecum eris in paradyso.*

Praeterea, sapientia Dei et misericordia vincit humanam malitiam. Sed homo potest usque ad extremum vitæ peccare. Ergo potest usque tunc de peccatis per divinam misericordiam veniam consequi.

QUAESTIUNCULA II.

Uterius. 1. Videtur quod in fine vitæ poenitentis non possit a qualibet sacerdote absolviri. Quia ad absolutionem requiritur aliqua iurisdictionis, ut dictum est. Sed sacerdos non acquirit iurisdictionem super illum qui in fine poenitent. Ergo non potest cum in fine absolvere.

2. Praeterea, ille qui sacramentum baptismi in articulo mortis ab alio quam proprio sacerdote recipit, non debet iterum a proprio sacerdote baptizari. Si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis posset absolvere a qualibet peccato, non debet poenitentis, si evadit, ad suum sacerdotem recurrere; quod falsum est; quia aliis sacerdos non haberet cognitionem de vultu peccoris sui.

3. Praeterea, in articulo mortis sicut licet sacerdoti alieno baptizare, ita et non sacerdoti. Sed non sacerdos nunquam potest absolvere in foro poenitentia. Ergo nec sacerdos in articulo mortis cum qui non est sibi subditus.

Sed contra, necessitas spiritualis est major quam corporalis. Sed aliquis in necessitate ultima potest aforum rebus uti, etiam invitis dominis, ad subveniendum corporali necessitati. Ergo et in articulo mortis ad subveniendum spirituali necessitatibus potest a non suo sacerdote absolviri.

Praeterea, ad idem sunt auctoritates in littera positae.

QUAESTIUNCULA III.

Uterius. 1. Videtur quod poenitentibus in fine non reserverat aliqua poena post mortem. Deus enim, cum sit summe misericors, non exigit ab homine plus quam facere possit. Sed iste qui in fine vitæ sue poenituit, nihil aliud facere potuit pro tempore illo quam conteri et confiteri; quod etiam fieri videtur quod nihil ab eo post hanc vitam requiratur pro peccatis de quibus poenituit.

2. Praeterea, poena purgatoriū excedit omnem poenam hujus mundi, ut in littera dieatur. Sed poena ad quam obligatur poenitentis post confessionem et absolutionem, non est tanta quantae sunt multae poenae justae alterius vita. Ergo injuste cum poenitente agitur, si post hanc vitam puniatur in purgatorio post absolutionem.

3. Praeterea, non est aliquod peccatum tam grande quod per poenas in hac vita inflictas non posset totaliter expiri, dummodo aliquis patienter sustineret; quia tribulatio purgationem facit, ut patet Rom. 5. Sed mors est maxima poenarum. Ergo si aliquis contritus patienter mortem sustinet, non remanet ei aliqua poena post hanc vitam.

Sed contra, justitia divina exigit ut peccatum aut a Deo aut ab homine puniatur. Sed hujus peccatum qui in fine poenitent, non punitum est nea Deo nec ab homine in hac vita. Ergo oportet quod post hanc vitam puniatur.

Praeterea, nullus ex negligenter debet commodum reportare. Sed iste qui in finem poenitentiam distulit ex negligentia, si statim post peccatum adhuc sanus poenituissest, sustinueret poenam. Ergo multo fortius, quando poenitentiam distulit usque in finem vitæ, adhuc reus est poenae.

Solutio I. Respondeo dicendum ad primam questionem, quod Deus, qui das omnibus abundantem, nulli gratiam denegat qui quod in se est facit ut se ad gratiam praeparet. Haec autem præparatio, sicut supra, dist. 17, quæst. 1, art. 5, quæstiunc. 1, 2, 3 et 4, dictum est, fit per motum liberi arbitrii; unde quandiu manet homini usus liberi arbitrii in hac vita, in qua nondum est confirmatum ad malum, potest se præparare ad gratiam, de peccatis dolendo; et gratiam remissionis peccatorum consequitur.

Ad primum ergo dicendum, quod veniam consequetus fuisset, si vere poenituissest. Sed non habuit veram poenitentiam; quia non ex amore justitiae de peccatis commissis dolebat, sed timore poenae quam expectabat, vel dolore poenae quam sustinebat; et hoc etiam multis in fine poenitentibus contingit; quia non est facile ut affectus quem homo toto tempore vitae sua inclinavit in aliquid, subito ad contrarium retrahat; nec tamen est impossibile, quia liberum arbitrium non cogitur ex habitu acquisito, nec providentiae Dei potest terminus praefigiri, per quam etiam in extremo vita verae poenitentiae motus inspiratur quandoque.

Ad secundum dicendum, quod Augustinus in verbis illis ostendit quod poenitentia quam aliquis in fine vitæ agit, non est certum signum salutis, et non quod non possit esse etiam tunc efficax ad salutem; quia incertum est, quando aliquis de peccato, quod facere jam non potest, poenitet, utrum voluntate peccandi amisiter; quod magis manifestum est de illo qui peccare adhuc potest, si poeniteat, quod voluntatem mutavit. Tamen etiam quando aliquis non potest ultra peccare, potest voluntate mutare, ut nolit quod prius voluit, etiam si posset.

Ad tertium dicendum, quod in contritione sufficit propositum conditionatum satisfactionis et confessionis, ut seilicet velit, si posset: et tale propositum etiam de impossibili esse potest.

Solutio II. Ad secundam quæstiunculam dicendum, quod quilibet sacerdos, quantum est de virtute clavium, habet potestatem indifferenter in omnes, et quantum ad omnia peccata; sed quod non possit omnes ab omnibus peccatis absolvere, hoc est quia per ordinationem Ecclesiae habet iurisdictionem limitatam, vel omnino nullam habet. Sed quia necessitas legem non habet; ideo quando articulus necessitatis imminet, per Ecclesiae ordinationem non impeditur quin absolvere possit, ex quo habet claves etiam sacramentaliter; et tantum consequitur ex absolutione alterius sicut si a proprio sacerdote absolveretur. Nec solum a peccatis potest tunc a qualibet sacerdote absolviri, sed etiam ab excommunicatione, a quoemque sit lata; quia haec absolutam ad jurisdictionem pertinet, quea per legem ordinationis Ecclesiae coaretur.

Ad primum ergo dicendum, quod aliquis potest ut jurisdictione alterius ex eius voluntate: quia ea quae jurisdictionis sunt, committi possunt. Unde quia Ecclesia acceptat ut quilibet sacerdos absolve vere possit in articulo mortis; ideo ex hoc ipso quis jurisdictionis habet usum, quamvis jurisdictione caret.

Ad secundum dicendum, quod non oportet eum recurrere ad proprium sacerdotem, ut iterum a peccatis solvatur, a quibus in articulo mortis absolutus est, sed ut innotescat ei quod est absolutus. Nec similiter oportet quod absolutus ab excommunicatione ad judicem vadat, qui alias absolvere potuisse, absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

Ad tertium dicendum, quod baptismus habet efficaciam ex ipsa sanctificatione materiae; et ideo a quoque conferatur alieni, ille sacramentum recipit. Sed vis sacramentis poenitentiae consistit in sanctificatione ministri; et ideo ille qui laico confitetur, quamvis impleat quod ex parte sua est de sacramentali confessione, tamen sacramentali absolutione non consequitur; et ideo aliquid vallet ei quantum ad diminutionem poenae quae fit per confessionis meritum et poenam; sed non consequitur diminutionem illam poenae quae est ex vi clavium; et ideo oportet quod iterum sacerdoti confitetur, et magis sic confessus decedens punitur post hanc vitam, quam si fuisse sacerdoti confessus.

Solutio III. Ad tertiam quaestionem dicendum, quod poena post remissionem culpe exigitur, ut inaequalitas injunctive commissae ad aequalitatem reducatur. Aequalitas autem quantitatim consequitur. Unde sicut ad ordinacionem culpe exigitur quod poena pro culpa inferatur; ita exigitur quod pro tanta culpa tanta poena. Et ideo cum peccatum inordinatum remanere non possit, quamvis reatus poenae sit diminutus per contritionem et confessionem et absolutionem, oportet quod adhuc in fine poenitentis quicunque satisfactionem non implet in hac vita, post hanc vitam puniatur, nisi tanta fuerit contrito quod totaliter a poena purgetur: quod quandoque contingere potest, ut supra dictum est dist. 17 art. 3, quæstiunc. 2.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui in fine vita poenitet, non punitur post hanc vitam quia non satisfecit quando satisfacere non potuit; sed quia peccavit, et quia satisfacere neglexit quando potuit; unde non sequitur quod Deus requirat ab homini ultra posse.

Ad secundum dicendum, quod justitia assimilatur mensura, ut Philosophus dicit in 3 Ethic. (cap. 8 vel 9); unde sicut in diversis terris sunt diversae mensurae rerum venialium, et in diversae poenae secundum justitiam pro eisdem culpis infuruntur; et similiter pro eadem culpa gravius punitur quis in purgatorio quam in hac vita ratione alterius fori. Tamen illa aggravatio proportionaliter respondet poenae, cuius homo in hac vita reus erat: et hoc debet homo sibi imputare, quia illuc reservavit sibi poenam pro culpa accipiendo.

Ad tertium dicendum, quod mors naturalis est poena consequens originales peccatum, ut quasi jam in naturam sit versa, sicut originale peccatum; et ideo per mortem naturalem non purgatur aliquis de peccato actuali, sed per mortem illatam bene potest purgari. Unde si aliquis mortem illatam pa-

tient sustineat, etiamsi pro aliis criminibus sit illata, valet ad diminutionem poenae, et ad liberationem a tota poena, secundum quantitatem culpae, et patientiae, et contritionis.

ARTICULUS II.

Utrum poena temporalis, cuius reatus post poenitentiam manet, taxetur secundum quantitatem culpae.

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod poena temporalis, cuius reatus post poenitentiam manet, non taxetur secundum quantitatem culpae. Taxatur enim secundum quantitatem delectationis quae fuit in peccato, ut patet Apoc. 18, 7: *Quoniam glorificavit se, et in delictis fuit, tantum date illi tormentum et luctum.* Sed quandoque ubi est major delectatio, est minor culpa: quia peccata carnalia quae plus habent delectationis quam spiritualia, minus habent de culpa, secundum Gregorium. Ergo poena non taxatur secundum quantitatem culpae.

2. Praeterea, eodem modo aliquis obligatur ad praeccepta mortalia in nova lege sicut in veteri. Sed in veteri lege debebatur pro peccatis poenitentie septem dierum, ut scilicet septem diebus immundis essent. Cum ergo in novo testamento imponatur poena septennis pro uno peccato mortali, videtur quod quantitas poenae non respiciat quantitatem culpae.

3. Praeterea, majus est peccatum homicidii quam peccatum fornicationis in sacerdote: quia circumstantia quae sumitur ex specie peccati, magis aggravat quam quae sumitur ex conditione personae. Sed laico pro homicidio imponitur septennis poenitentia; sacerdoti pro fornicatione decem annorum, secundum canones. Ergo poena non taxatur secundum quantitatem culpae.

4. Praeterea, maximum peccatum est quod in ipsum corpus Christi committitur: quia tanto gravius quis peccat, quanto maior est in quem peccatur. Sed pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris contenti, injungitur poenitentia quadraginta dierum, vel potius amplius; pro fornicatione autem simplici injungitur poena septennis secundum canones (causa 52, cap. *Praedicandum*). Ergo quantitas poenae non respondet quantitatim culpae.

Sed contra, Isai. 27, 8: *In mensura contra mensuram, cum objecta fuerit, judicabo eam.* Ergo quantitas iudicis punitionis peccati est secundum quantitatem culpae.

Praeterea, homo reducitur ad aequalitatem iustitiae per poenam inflatam. Sed hoc non esset, si quantitas culpae et poenae non sibi responderet. Ergo unum alteri respondet.

QUAESTIUNCULA II.

Uterius. 1. Videtur quod poenitens non sit debitor majoris poenae quam illius quae a sacerdote est sibi injuncta. Sacramentum enim semper consequitur suum effectum, nisi sit defectus ex parte recipientis, vel ex parte conferentis. Sed quandoque imponitur minor poenitentia quam sit coniuncta; et non est defectus ex parte recipientis, quia paratus esset omnem poenitentiam sibi injun-

ctam facere; nec est defectus ex parte conferentis sacramentum, quia secundum conscientiam suam et discretionem talis poenam taxat. Ergo videtur, cum sacramentum poenitentiae sit ordinatum contra peccatum totaliter destruendum, et quantum ad poenam et quantum ad culpam; quod non remaneat debitor alicuius poenae, poenitentia injuncta peracta.

2. Praeterea, Deus est prior ad remittendum poenam quam ad exigendum. Sed si iste sacerdos majorem poenam satisfactoriam injunxit, poenitentis obligaretur ad eam faciendam. Ergo videtur quod si insufficienter poenam injungat, non exigitur aliquid amplius ab eo.

3. Praeterea, in purgatorio aliquis gravius punitur quam in hac vita. Si ergo post praetaractam poenitentiam a sacerdote injunctam, adhuc manet poena purgatorii, videtur quod multum noceat sacerdos poenitentem levem poenitentiam injungendo: et ita videtur quod sit valde periculosum confessiones audire, cum non possit soiri quantitas poenae debitae pro peccato; immo sit impossibile, quia sacerdos non potest scire neque quantitatem contritionis neque quantitatem affectionis quam peccator habuit in peccando.

Sed contra, secundum quantitatem delicti debet esse placidum modus ex praecipto legis (Deuter. 23). Si ergo minus imponatur, residuum ab eo in purgatorio exigitur.

Praeterea, error sacerdotis non potest poenitenti prodesse. Prodesset autem, si non teneretur ad plus quam sibi per errorem imponit. Ergo videtur quod sit adhuc debitor majoris poenae.

QUAESTIUNCULA III.

Uterius. 1. Videtur quod poenam satisfactoriam non possit unus pro alio explere. Quia ad satisfactionem meritum requiritur. Sed unus pro altero non potest mereri vel demererit, eum sit scriptum (Psal. 61, 15): *Tu reddis unicuique secundum opera sua.* Ergo unus pro alio non potest satisfacere.

2. Praeterea, satisfaciens contra contritionem et confessionem dividitur. Sed unus pro alio non potest conteri aut confiteri. Ergo nec satisfacere.

3. Praeterea, unus orando pro alio, sibi meretur. Si ergo aliquis pro alio satisfaciens potest; satisfaciens pro alio, pro se satisfacit; et ita ab eo qui pro altero satisfaciens non exigitur alia satisfaciens pro peccatis propriis.

4. Praeterea, si unus pro alio satisfaciens potest; ergo ex quo unus sibi suscepit debitum poenae, alius statim a debito liberatur; ergo si moriatur postquam tota poena sibi debita ab alio suscepta est, statim evolabit; vel si adhuc puniatur, duplex poena reddetur pro eodem peccato: scilicet illius qui satisfaciens incepit, et illius qui punitur (1) in purgatorio.

Sed contra, Galat. 6, 2 dicitur: *Alter alterius onera portare.* Ergo videtur quod unus possit onus poenitentiae imponere pro alio suscipere.

Praeterea, caritas magis potest apud Deum quam apud homines. Sed unus potest apud homines pro alterius amore debitum ejus solvere. Ergo multo fortius hoc in divino iudicio fieri potest.

Solutio I. Respondeo dicendum ad primam quaestionem, quod poena post dimissionem culpae existat ad duo; scilicet ad debitum solvendum, et

ad remedium praestandum. Potest ergo taxatione poenae considerari quantum ad duo. Primo quantum ad debitum; et sic quantitas poenae radicaliter respondet quantitati culpae, antequam de ea aliquid dimittatur. Sed tamen quantum per primum corrum quae nata sunt remittere poenam, plus remittitur, secundum hoc per aliud minus remittendum vel solvendum restat; quia quanto per contritionem plus de poena dimissum est, tanto per confessionem minus dimittendum restat. Secundo quantum ad remedium vel illius qui peccavit, vel aliorum; et sic quandoque pro minori peccato major injungitur poena: vel quia peccato, unius difficulter potest resisti quam peccato alterius; sicut juveni pro fornicatione imponitur major poenitentia quam seni, quamvis minus peccet; vel quia in uno peccatum est periculosus, sicut in sacerdote, quam in alio; vel quia multitudo magis prona est ad illud peccatum; et ideo per poenam unius alii sunt exterredi. Poena ergo in foro poenitentiae quantum ad utrumque taxanda est; et ideo non semper pro majori peccato major poenitentia imponitur. Sed poena purgatorii solum est ad solvendum debitum, quia jam ulterius non manet locus peccandi; et ideo illa poena taxatur solum secundum quantitatem peccati, considerata tamen contritionis quantitate, et confessione, et absolutorie; quia per omnia haec aliquid de poena dimittitur. Unde etiam a sacerdote, injungendo satisfactionem, sunt consideranda.

Ad primum ergo dicendum, quod in verbis illis duo tanguntur ex parte culpae, scilicet glorificatio, et deliciae; quorum primum pertinet ad elationem (1) peccantis, qua Deo resistit; secundum ad delectationem peccati. Quamvis autem sit minor delectatio quandoque in culpa majori, tamen est ibi semper major elatio; et ideo ratio non procedit.

Ad secundum dicendum, quod illa poena septem dierum non erat expiatio a poena debita peccato; unde etiam si post illos dies moreretur, in purgatorio puniretur; sed expiabat ab irregularitate, a qua omnia sacrificia legalia expiabant. Nihilominus tamen ceteris paribus plus peccat homo in nova lege quam in veteri propter sanctificationem auctoripremitur quia sanctificatur in baptismo, et propter beneficia Dei potiora humano generi exhibita; et hoc patet ex hoc quod dicitur Hebr. 10, 29: *Quanto putatis deteriori meriti supplici qui Filium Dei conculeraverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est?* Nec tamen hoc est universaliter verum quod exigatur pro qualibet peccato mortali septennis poenitentia; sed hoc est quasi quaedam regula communis, ut in pluribus competens: quam tamen oportet dimittere, consideratis diversis peccatorum circumstantiis.

Ad tertium dicendum, quod Episcopus vel sacerdos cum majori periculo suo et aliorum peccat; et ideo sollicitius retrahunt ipsum canones a peccato quam alios, majorem poenam injungendo, secundum quod est in remedium, quamvis quandoque non debeat tanta ex debito: unde et in purgatorio non tota ab eo exigitur.

Ad quartum dicendum, quod poena illa est intelligenda, quando nolente sacerdote hoc accidit; si enim sponte effunderet, multo graviori poena dignus esset.

(1) *Al.* ponitur.

(1) *Al.* ad electionem.